



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ignis Holocavsti Sev Affectvs Ex Divinis literis, & Sanctis
Patribus collecti, Quibus animus Sacerdotis ad piè,
feruenterq. celebrandum disponatur**

Poiré, François

Romæ, 1639

Oblatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53152)

O B L A T I O .

Verum dilecte mi,
 dilecte votorum
 meorum, scio quia mi-
 nor sum omnibus do-
 nis tuis, & quia repen-
 dere longè est à me; sed
 quia dixisti, Non appa-
 rebis in cōspectu meo
 vacuus, quid vis vt re-
 tribuam tibi pro om-
 nibus, quæ retribuisti
 mihi? Certè noui, quia
 solus est amor ex om-
 nibus animæ motibus,
 sensibus, atque affe-
 ctibus

194 *Die Iouis*

ctibus, in quo potest
creatura, etsi non ex
æquo, respondere au-
tori, vel ipsi mutuam
rependere vicem. Da
igitur cordi meo, ama-
bilissime, vt diligam te
Domine Iesu Christe,
amantium fortitudo,
robur, & firmamentū,
sim fortis, & constans
ad te amandum; non
cedens terroribus, nec
succumbēs laboribus.
Diligam te Domine,
fortitudo mea, quia tu
es firmamentum meū,
liberator meus, Deus
meus, adiutor meus:
Amor,

Oblatio. 195

Amor æternus, amor
supereminens: amor,
cuius magnitudinis nō
est finis; amor, cuius
sapientiæ non est nu-
merus, amor, cuius
pax exuperat omnem
sensum. Diligam te nō
verbo solūm, ac lin-
gua, sed opere, & veri-
tate; vt tua gratia in
præsenti suffultus, in
fine ad amantium glo-
riam te misericorditer
donante, perueniam
sempiternam. Amen.